

totum omnium sapientiam magnificam emendatorem
 in cuius lingua omnes sermones fidei in eorum
 corde omnis sapientia. Item tertio mag-
 nus fuit in ecclesia exemplaritate vite. In
 sanctus basilius sic scribit de eo. Ecce aug-
 gustinus. aurelii. margarita celestis archa
 noe. et antique legis sanctitatisque exemplum.
 Et anasthysius in epistola ad neccartum. Cata
 inquit erat excellencia et sublimitas sancti
 tatis patris augustini quod omnium dei seruo-
 ritate culpabilem et reprehensibilem apparere
 faciebat. Et uideamus igitur omnibus uir-
 tutibus polleere ut ipsum imitari valeamus.
 Alio modo secundum ieronimum in epistola ad pau-
 linum. Regnum celorum est sacre scripture
 studium. In hoc etiam studio beatus aug-
 gustinus magnus. ut patet euidenter in omnibus
 libris suis. Tertio regnum celorum est ui-
 ta eterna. In hoc etiam regno beatus aug-
 gustinus est magnus. Nam sicut ipse hic excel-
 lebat ceteros doctores in cognitione glori-
 e trinitatis cum ardenti caritate. Ita ibi
 ipse excellit ceteros beata fructu et cor-
 ne singularis glorie adeptione. Ad quod est
 exemplum quod legitur quod dum quidam in
 spiritu raptus sanctos in gloria conspexisset
 et beatum augustinum minime vidisset que-
 dam sanctum ubi nam sanctus augustinus
 esset punctatus esset. Qui respondit. Aliter
 enim nobis continet loco ubi residens in ex-
 cellis disputat de gloria excellentissime tri-
 nitatis. Unde petrus damiani in quodam
 sermone de eo dicit sic. Augustinus nunc san-
 ctorum presulum stola indutus coronam mar-
 tium multiplici labore consecutus. apostolorum
 collegio meritis et gratia coequatus. Arch-
 angelorum beatitudini consociatus eterni
 regis thalamo. pro cuius amoris sese mortifica-
 uerat et ad cuius solam uisionem est stuant
 desiderio puenire desiderabat perpetuo lo-
 catus ope et uerbo regiam uiam insinuat
 omnibus. Per quam uiam incedere nobis
 concedat ihesus christus.

Sermo primus



U signaculum simili-
 tudinis plenus sapie-
 tia perfectus deo-
 re in deliciis paradisi fu-
 it. Ezechiel. xxiij.
 In uerbis istis beatus
 pater noster angusti-
 nus doctus egregius attollitur eximie quo-
 ad quatuor perfectionem rationalis nature

omnimode integrantia. **Primum** est
 diuine similitudo in se participatio gratiosa. **Secundum**
 diuine ueritatis contemplatio luminosa.
Tertium est diuine bonitatis confirmatio
 amozosa. **Quartum** diuine suauitatis dele-
 ctatio delictiosa. **Hec** quatuor in uerbis pro-
 positus designantur. Et perfectissime habentur
 in patria ubi natura rationalis summa
 perfectione est sublimata. et quanto pro-
 pinquius in hac uita ab aliqua mente at-
 tinguntur ea que sunt patrie tanto perfe-
 ctior est. Et quia hec in beato augustino fue-
 runt perfectissime in quantum status uie
 patitur. ideo sibi uerba proposita appropria-
 tate conueniunt. **Tu** signaculum. **Ubi** pro
 commendat a diuine similitudinis participa-
 tione gratiosa a qua figurari gratia fuit ad
 esse diuinum supernaturaliter eleuatus. **Tu**
 signaculum similitudinis. **Secundo** a diu-
 ine ueritatis contemplatione luminosa. qua
 fuit super omnes doctores intellectualiter
 illustratus. **Plenus sapientia.** **Tertio** a di-
 uine bonitatis conformatione amozosa. qua
 fuit in deum per amorem totaliter trans-
 formatus. perfectus deo-ore. **Quarto** a di-
 uine suauitatis preguustatione delictiosa. qua
 fuit interno gustu mentaliter delectatus
 in deliciis. **Quantum** ad primum sciendum
 quod deus pater in sua eternitate tangit mi-
 rus artifex sculpsit quoddam sigillum in cor-
 de paterno in quo seipsum totum et tota-
 taliter expressit uerbo unico totam uide-
 licet suam substantiam uel naturam et
 totam scienciam quam in corde paterno ha-
 buit. Ergo sigillum est uerbum eternum quod
 secundum apostolum est splendor glorie et figura sub-
 stantie eius. **De** cuius figure perfecta expressio
 dicit. Augustinus xv de trinitate. **Pater**
 genuit uerbum sibi equale pro omnia. **Non**
 enim se integre perfecteque dixisset si aliquo al-
 terius uel minus esset in eius uerbo quam in se-
 ipso. **Et** sequitur quidquid est in ea sciencia
 de qua est genitum et in ipso est. et quod in
 ea non est nec in ipso est. **Et** quia in sciencia
 patris continentur omnes creature ideo
 expressio huius sigilli non solum pater expressit
 se primo etiam omnium creaturarum. **Unde**
 dicit anselmus quod pater dicendo se eodem uer-
 bo dixit omnem creaturam. **Et** hinc est quod
 in figura huius inenarrabilis sigilli sunt for-
 me et exemplaria omnium creaturarum. **Et**
 secundum quod quilibet creatura in re extra
 ab illo sigillo impressionem accepit. **Secundum**
 hoc est maius uel minus perfecta. **Nam** per-
 fectiones creaturarum in re extra non sunt
 nisi quedam impressiones precipue ab illo infinite
 actiua sigillo diuinitate que dicit signacula